DE APOSTOLICA S. PETRI CATHEDRA ORATIO HABITA IN SACROSANCTA PRINCIPIS…

Giuseppe Maria Cervelleri, Ildefonso : da#S. Carlo scolopio, …

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII.

SUMMO CATHOLICÆ ECCLESIÆ PONTIFICI

JOSEPH MARIA CERVELLERI

Felicitatem.

VT ſibi auctoritatem conciliet, & à ſuo veluti ſole Lumen veritatis accipiat, Tuis mecum provoluta pedi-

Digitized by Google

bit Oratio, quæ dum Sacroſanctæ Petri Cathedræ præſefert aſſumptum Tuo ſublimius ſibi nomen inſcribere, tuaque aptiorem ſibi implorare nequit Tutelam; cùm Divina Tibi Providentia toto plaudente Orbe ſuum gregem tuendum, ſuamque ſponſam commiſerit cuſtodiendam. Parva, fateor, res eſt, & dignitatis Tuæ tuorumque meritorum amplitudini nimis impar ſervuli Tui tributum, ſed quia humilia quoque reſpicit Altiſſimus, cujus & meritiſſimus in Terris Vicarius exiſtis, & viviſſima in ſummo etiam totius Orbis Faſtigio humilitatis ſplendes imago: hoc proinde qualecunque ſit mei penſum

in-

Digitized by Google

ingenii Tuo Auguſtiſſimo Sanctiſſimoque nomini auſus ſum conſecrare: neminem quippe latet, quod non ſoles in referenda gratia ſpectare quid meritis Tuis debeatur, ſed quid præſtare valeat qui referendi habet voluntatem. Excipe igitur, PATER BEATISSIME, eâ animi Benignitatequæ VRSINAE Magnitudinis propria ſemper fuit, hoc profundiſſimi Obſequii monumentũ, & ſola hæc Sanctitatis Tuæ, qua me & Orationem meam excipies, Clementia non leves mihi ad majora impoſterum peragenda vires præſtabit. Quod reliquum eſt, quia aliud offerre nil poſſum, ſalutem & dignitatem Tuam Deo Optimo Maximo commendare non præter-

*quam magna prudentia, integri-
tate, Vigilantiâ, & ſummo Vir-
tutum omnium moderaris exem-
plo, ad Nominis Sui Gloriam &
Orthodoxæ Fidei utilitatem diu-
tiſſimè incolumem tueatur & ſer-
vet.*

Digitized by Google



ORATIO.

ILLUXIT nobis glorioſa, BEATISSIME PATER, totique Orbi Chriſtiano Veneranda Apoſtolicæ Sedis Solemnitas. Ea hodierno die in hoc Sacroſancto Principis Apoſtolorum Templo Feſtivitatis recolitur ſublimitas, quæ veræ fidei, & univerſalis firmiſſimum eſt fundamentum Eccleſiæ, pro qua ipſe Auctor veritatis, ut nunquam deficeret & portæ inferi ad- Luc. cap. 22.
verſus eam non prævalerent, ferventiſſimas Deo Patri preces effudit, quam denique, ut in omnem terram ſonus ejus exiret, Petrus

Apo-

emplo, ſanguine confirmavit. Lætandum igitur nobis eſt, & ſpiritali exultandum jucunditate, quod in Euangelicæ veritatis lumine generati Sacroſanctam Petri Cathedram ſolam & infallibilem veritatis Magiſtram, eamque unicam & inmutabilem æternæ felicitatis Clavigeram habeamus.

Fundato per ineffabilem Reparatoris noſtri gratiam ſuper trinam Petri Confeſſionem Eccleſiæ Militantis Magiſterio (*a*), ut firmius fidei ædificium ſubſiſteret, eam Divinus ipſe Reparator Petri judiciis infallibilitatem dignatus eſt elargiri, ut hominis judicium Dei ſequeretur ſententia (*b*), & obediente Deo voci hominis, illud ratum eſſet in Cœlis, quod ſui Vicarii ſediſſet arbitrio. *Quodcunque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis, & quodcunque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in Cœlis* (*c*). Non eſt ergo Auditores cur majora Pontificiæ infallibilitatis perqui-

(a) S. Joan. Chryſoſt. in cap. 2. Epiſt. ad Galatas.

(b) S. Bernardus ſerm. 1. de SS. Apoſt. Petri & Pauli.

(c) Matth. cap. 16.

Digitized by Google

quiramus argumenta, ſi quæ ſolus Chriſti Vicarius vel ligando, vel ſolvendo in terris affirmat, eadem Deus ipſe qui veritas eſt confirmat in Cœlis. Captivanda noſtra mens eſt in obſequium fidei, & Sacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſanctiones demiſſo in terram ſpiritu ſunt recolendæ, ſi in contrarias fidei colluctationes, & in nocturnas errorum tenebras nolumus offendere: ſcriptum eſt enim; *Scuto circumdabit te veritas ejus non timebis a timore nocturno (d)*.

(d) Pſal. xc. verſ. v.

Circumdabit: ut nulla ſpirituum infernalium poteſtate devicti, nullaque ſcelerum errorumque incurſione dejecti, ſed fortes ſemper in bello, & immobiles ſuper Fidei Petram conſiſtamus. (*e*) Circumdabit: ut aſpera quæque tolerare, terrena quæque deſpicere, & ipſam, ubi opus pro Chriſto ſit contumeliam, martyrium ipſum pati feſtinemus. Scuto tandem circumdabit nos veritas ejus ut procelloſo vitæ curſu fideliter conſumato immarceſcibilem gloriæ coronam

(e) Rupert. lib. I. de off. cap. 2.

ronam

Quidquid igitur contra ſolidiſſimam Petri Cathedram latrantes mordaciſſimi dixerint detractores; quidquid contra beneficentiſſimam Matrem infelices ſcripſerint filii perditionis, ex certa Angelici Doctoris ſententia ab ipſo Salvatoris Oraculo deducta *Bellabunt ſed non prævalebunt* (*f*): impetum facient ſed non expugnabunt, & fateantur neceſſe eſt, quod extra Sedis Apoſtolicæ gremium, extra Romani Cathedram Pontificis, cujus lingua facta eſt clavis regni Cœlorum, & noſtræ tutiſſimus portus ſalutis, (*g*) nulla poteſtas, nulla veritas, nulla vita & ſalus nulla poſſit hauriri. Heu miſeri! quam ſecuriùs dum tempus arridet ſuam certam facerent vocationem & electionem, ſuæque conſulerent æternitati, ſi mendaciis, ſi diabolo, ſi vitiis quibus hactenus inſervierunt, profligatis, loricam fidei induerent, & ad ſublime Sacerdotii faſtigium, ad Apoſtolicam Petri Cathe-

(f) D. Thomas opuſc. 6. de Symbol. Apoſtol. §. Sanctam Eccleſiam.

(g) D. Petr. Damia. Ser. 1. de S. Joan. & Ser. 1. de SS. Apoſtol. Pet. & Paul.

Digitized by Google

thedram,ad Sanctiſſimum Chriſti Vicarium accederent,in quo Deus Optimus Maximus omnium vota mortalium fortunavit, eique ſolum a Chriſto Domino una cum clavibus Regni Cœleſtis æternæ felicitatis aperiendæ commiſſa fuit poteſtas. (*h*)

(h) S.Hilarius in cap.16. Matth.

Vos felices, qui in regno fidei procreati hanc Cœli Dominam, hanc veritatis magiſtram,hancqueDivinæ arbitram clementiæ, de qua tam glorioſa dicta ſunt, inhabitatis civitatem, qui pretioſum adeo ſupremæ Sedis pignus, omnes inter Nationes, quibus taliter non fecit Deus, prælecti aſſervatis. Feliciores Vos qui propter ſublime dignitatis culmen tantæ Urbis tantique pignoris Cardines eſtis & firmamentum. Omnium tamen feliciſſimi qui & ipſi in ſortem Domini vocati, juxta perfectiſſimum Summi Eccleſiæ Paſtoris exemplar, ſalutari doctrinæ verbo, & ſanctioris vitæ exemplo fratres in fide confirmabunt, & infideles ad hanc ſalutis arcam ſapientia, conſilio, & charitate convertent.

Digitized by Google

charitatem æmulantes perſolvemus, ſecuriſſima cuique ſpes erit, ut quemadmodum ad Sanctiſſimos Viſibilis Eccleſiæ Principis pedes provoluti, infallibiles ejusdē Sanctiones ſumma, ut par eſt animi ſubmiſſione, & cœca mentis obedientia veneramur; ita ad inviſibile tum militantis, tum triumphantis Eccleſiæ Caput, ad Deum Optimum Maximum qui totus ſimul, reſeratis fidei arcanis, nos delectabit, ſecurâ dabitur, ac perenni felicitate pervenire.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

FINIS.

Digitized by Google